



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XVIII. De his qui in sua prouincia non communicant, vt alibi non
communicent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO CHRISTI
416.

ecclesiasticarum, more sacerdotum prouinciæ, vt iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem, pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obserendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

XVII.

Cod. Can.
cap. 102.
Conc. Afr.
cap. 62.
37. quæst. 7.
Placuit, vt secundum.
1. Cor. 7.

Placuit, vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungantur: sed ita manent, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. ¹ In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

XVIII.

Cod. Can.
cap. 105.
Conc. Afr.
cap. 72.

Placuit, vt quicumque non communicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iantram communionis vel clericatus excipiat.

XIX.

Cod. Can.
cap. 104.
Conc. Afr.
cap. 71.
11. quæst. 3.
Placuit, vt quicumque ab imp.

Placuit, vt quicumque ab imperatore cognitio nem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab imperatore postulauerit, nihil ei obsit.

XX.

Cod. Can.
cap. 106.
Conc. Afr.
cap. 73.

Placuit, vt quicumque clericus, propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, a cōmunione remoueatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum loci eius ipsam necessitatē, & de hoc scripta eiusdem epi-